

**VI. CAUSA.**  
*Sexta dat infames, delatos atque forenses.*  
*Quinque Quaestiones sexta Causa.*  
 1 Non accusabunt infames Simonialem.  
 2 Accusans verbo non vincis simplice, Praeful.  
 3 Querere iudicium numquam debes alienum.  
 4 Externi veniant, si sit sententia difcors.  
 5 Si cadit accusator, erit reus exoneratus.

**VII. CAUSA.**  
*Septima Pontificem tangit cathedram repetentem.*  
*Dua Quaestiones septima Causa.*  
 1 Praefule viventi, nullus det Pontificatum.  
 2 Nec cathedram repetit Praeful, quam sponte reliquit.

**VIII. CAUSA.**  
*Octava legitur desertio Pontificalis.*  
*Quinque Quaestiones octava Causa.*  
 1 Vult Jus ne statuat Succesorem sibi Praeful.  
 2 Nullus amicorum mihi profit ut eligat inde.  
 3 Detur ab Electo vitandi cautio damni.  
 4 Linquendus non est, nisi sit sententia Praeful.  
 5 Ad dimissa redire nequis, Papae sine scriptis.

**IX. CAUSA.**  
*Solvere nona vetat alienos, atque ligare.*  
*Tres Quaestiones nona Causa.*  
 1 Bannitus Praeful nequit Ordinis esse minister.  
 2 Alterius patriae Clerum tondere vetamus.  
 3 Pontificis Clerum Primas non ordinat ullum.

**X. CAUSA.**  
*Dena dat, in sacra quid fumat Episcopus aede.*  
*Tres Quaestiones decima Causa.*  
 1 Basilicae Juri subduntur Pontificali.  
 2 Ecclesiae nullus Praeful fructus alienet.  
 3 Nil praeter solidos praefumat querere binos.

**XI. CAUSA.**  
*Praefigens Undena forum ligat, atque relaxat.*  
*Tres Quaestiones undecima Causa.*  
 1 Non coram Laico Clericus productur ullus.  
 2 Officii punit tales suspensio culpae.  
 3 Seu bona, seu mala sit sententia, dico timendam.

**XII. CAUSA.**  
*Ecclesiae res ac proprias Bisfena docebit.*  
*Quinque Quaestiones duodecima Causa.*  
 1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere.  
 2 Accipiens vel emens res Ecclesiae sibi reddat.  
 3 Linquas Ecclesiae totum, quod habebis ab illa.  
 4 Ex re communi quaestias divide terras.  
 5 Si fortasse voles testari, de proprio des.

**XIII. CAUSA.**  
*Tertia post decimam decimas & funera tractat.*  
*Dua Quaestiones decimatercia Causa.*  
 1 Ecclesiae danda baptismali decimae sunt.  
 2 Tempora longa trahunt jus funeris & decimarum.

**XIV. CAUSA.**  
*Improbata usuras post denam quarta voraces.*  
*Sex Quaestiones decima quarta Causa.*  
 1 Quisque potest licite sua querere, dummodo non plus.  
 2 Pro propria valet Ecclesia quis testificari.  
 3 Si tulerit plus quam dederit quis, tenus habetur.  
 4 Non petat usuras Laicus vel Clericus ullas.  
 5 Ex male quaestis elemosyna non fit egenis.  
 6 Si male parta tenet, dignè non ponitur ullus.

**XV. CAUSA.**  
*In Dena quinta furor & mulier memorantur.*  
*Octo Quaestiones decima quinta Causa.*  
 1 In furia penam non des: nam fat furor urget.  
 2 Pro patrociniis non querat munera Clerus.  
 3 Solà voce nequis condemnari mulieris.  
 4 Nulla die Domini tractari causa probatur.  
 5 Infami detur purgatio probra negandi.  
 6 Extorquenda Rei poenis confessio non est.  
 7 Solus non tollit Praeful quem praestat honorem.  
 8 Ordine non sumpto tua te probra facta repellant.

**XVI. CAUSA.**  
*In sexta decima praebent Monachi Sacramenta.*  
*Septem Quaestiones decima sexta Causa: & in ea quinta Quaestio tertium locum occupat.*  
 1 Dantur in hac Monachi pastores Ecclesiarum.  
 2 Pleno possessas dabit Abbas jure capellas.  
 3 Jure soli Ecclesias non rectè vindicat Abbas.  
 4 Temporis Ecclesiae tollit praescriptio jura.  
 5 Haec quadragesima dabit domibus jus religiosi.  
 6 Ufurpans sine iudicio rem, deciderit a re.  
 7 Si dedit Ecclesiam Laicus, non hanc retinebis.

**XVII. CAUSA.**  
*Septima post decimam prohibet dissolvere vota.*  
*Quatuor Quaestiones decima septima Causa.*  
 1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota.  
 2 Gonfaldus tenuit sua quae dimiserat aeger.  
 3 Abbas ad propria Monachum numquam sinat ire.  
 4 Cum redit illicitè quae contulit illa manebunt.

**XVIII. CAUSA.**  
*Fratribus Abbatem bis nona dat instituentium.*  
*Dua Quaestiones decima octava Causa.*  
 1 Si Monachus fiat Praeful: bona parta bipartit.  
 2 Instituit Praeful Abbates a grege lectos.

**XIX. CAUSA.**  
*Dat Decima nona Praeful Clero Monachatum.*  
*Tres Quaestiones decima nona Causa.*  
 1 Pontifices Clerum non impediunt monachandum.  
 2 Praefule nolenti claustrum bene Clericus intrat.  
 3 Multus Canonicos Canon prohibet monachari.

**XX. CAUSA.**  
*Bisfena pueri traduntur Religioni.*  
*Quatuor Quaestiones vigesima Causa.*  
 1 Quem pater offert, si placet exit cum sit adultus.  
 2 Extrahit a claustrum puerum pater illic, si vult.  
 3 Cogitur invitus nemo retinere cucullam.  
 4 Strictius ad claustrum Monacho transire licebit.

**XXI. CAUSA.**  
*Ter septena docet vestes gestare decentes.*  
*Quinque Quaestiones vigesima prima Causa.*  
 1 Prima sit ex titulo: sit commendata secunda.  
 2 Praefule Ecclesiam sine scriptis nemo relinquat.  
 3 Haec prohibet Clero tractare negotia seclii.  
 4 Vestibus hic elaris inhibetur Clericus uti.  
 5 Si proprium linquas censores, sis anathema.

**XXII. CAUSA.**  
*Jurantes falsum damnat bisfena secunda.*  
*Quinque Quaestiones vigesima secunda Causa.*  
 1 Peccat perjurus, non jurans quando necesse.  
 2 Non est perjurus jurans veluti putat esse.  
 3 Pare majori quamquam malus esse putetur.  
 4 Debetur jurata immutari, turpia si sint.  
 5 Si perjurare cogis, perjurus haberis.

**XXIII. CAUSA.**  
*Bisfena terna tractantur bellica gesta.*  
*Octo Quaestiones vigesima tertia Causa.*  
 1 Ex justa causa multis licet arma movere.  
 2 Pro rebus licite bellum geritur repetendis.  
 3 Jus est dum laeis focis succurritur armis.  
 4 Inferri vindicta valet, quae crimina purget.  
 5 Occidens Judex perversos, inde meretur.  
 6 Ad bona praecipunt compelli Jura malignos.  
 7 Ecclesiae rebus sunt Haeretici belligeri.  
 8 Si sis de Clero, tu numquam bellandi esto.

**XXIV. CAUSA.**  
*Haereticorum nomina bisfena decima.*  
*Tres Quaestiones vigesima quarta Causa.*  
 1 Si sis Haereticus: tua sit sententia nulla.  
 2 Sunt post facta Mali nonnumquam corripienti.  
 3 Ob domini labem non damnetur domus ejus.

**XXV. CAUSA.**  
*Bisfena quinta sunt privilegia tacta.*  
*Dua Quaestiones vigesima quinta Causa.*  
 1 Tuta sit Ecclesia, quam lex privata tueretur.  
 2 Et si subsequitur lex altera, derogat illi.

**XXVI. CAUSA.**  
*Bisfena sexta sunt Sortilegi reprobati.*  
*Septem Quaestiones vigesima sexta Causa.*  
 1 Qui ventura sciunt per sortes, sortilegi sunt.  
 2 Peccat qui scriptis vel Sortibus addita querit.  
 3 A Peris reprobè sumunt exordia sortes.  
 4 Quatuor his species Varro fert fortibus esse.  
 5 Cessent Sortilegi, ne sint anathemate stricti.  
 6 Quando necesse subest, victos à Praefule solves.  
 7 Aegris non dentur poenae, sed notificentur.

**XXVII. CAUSA.**  
*Edocet an sponsas ducant ter nona voverentes.*  
*Dua Quaestiones vigesima septima Causa.*  
 1 Si solenne fuit, dirimit connubia votum.  
 2 Sponsum sponsa, virum non uxor deserit umquam.

**XXVIII. CAUSA.**  
*Bisfena octava Gentiles nubere nolces.*  
*Tres Quaestiones vigesima octava Causa.*  
 1 Inter Gentiles connubia dicimus esse.  
 2 Deferat uxorem vir Christum despicientem.  
 3 Vir post Baptismum reliquam ducens, bigamus fit.

**XXIX. CAUSA.**  
*Conjugium servile tenet vigesima nona.*  
*Dua Quaestiones vigesima nona Causa.*  
 1 Connubii vires persona dissipat error.  
 2 Infamia cui nuptis, dimittat libera servum.

**XXX. CAUSA.**  
*Terdena claret cognatio spiritualis.*  
*Quinque Quaestiones vigesima Causa.*  
 1 Fonte levans proprium puerum non vincula solvit.  
 2 Infantes prohibet Jus conjugium celebrare.  
 3 Tu naturalem non jungito spirituali.  
 4 Non mihi jungatur compatris conjugis uxor.  
 5 Federa non fiant clandestina conjugiorum.

**XXXI. CAUSA.**  
*Terdena prima moeche polluta negatur.*  
*Tres Quaestiones trigesima prima Causa.*  
 1 Ni certis causis moecham bene ducit adulter.  
 2 Invitam sponso non det nam pater ulli.  
 3 Tunc nisi consensum dederit: reliquo bene nubit.

**XXXII. CAUSA.**  
*An meretrix nubat, tangit terdena secunda.*  
*Octo Quaestiones trigesima secunda Causa.*  
 1 Turpia linquentem bene ducit vir meretricem.  
 2 Obstat conjugio sacro complenda libido.  
 3 Liber avus neptem sponfat servo patre natam.  
 4 Illicito prolem coitu quareat sibi nullus.  
 5 Non sine mente caro fertur violata puella.  
 6 Non valet uxorem moechus vir linquere moecham.  
 7 Non aliam ducas uxore superstitè primam.  
 8 Non duc Gentilem si spondeat esse fidelem.

**XXXIII. CAUSA.**  
*Terdena terna friget, compunctio, votum.*  
*Quinque Quaestiones trigesima tertia Causa.*  
 1 Si vir sit gelidus, ab eo sejungitur uxor.  
 2 Nubere moecha potest moeche, sejungitur marito.  
 3 Queritur an crimen purget contritio sola.

**TRACTATUS DE PENITENTIA**  
*habens septem Distinctiones hic inseritur.*  
 1 GRATIA Caestis contritis crimina delet.  
 2 Perditur hic Divinus amor: non in Paradiso.  
 3 Poenam peccator bene pro vitis iterabit.  
 4 Ista probat dimissa semel peccata redire.  
 5 Ut purus fias, pro crimine plurima volvas.  
 6 Crimina Presbytero proprio dici, qui sapiens sit.  
 7 Tandem letus erit, qui continue gemet illic.  
 8 Redeamus ad quartam Quaestionem vigesima tertia Causa.  
 9 Reddito temporibus poscenti debita sacris.  
 10 Mens utriusque nisi sit, non bene continet alter.

**XXXIV. CAUSA.**  
*Terdena quarta nubit vivente marito.*  
*Dua Quaestiones trigesima quarta Causa.*  
 1 Morte viri dubia quae nuptis, adultera non sit.  
 2 Reddatur primo conjunx hac nupta secundo.

**XXXV. CAUSA.**  
*Cognatos gradibus numerat trigesima quinta.*  
*Decem Quaestiones trigesima quinta Causa.*  
 1 Cognatam ducat propriam pro conjuge nemo.  
 2 Omnes uxoris consanguineas reprobabis.  
 3 Cupula septennis gradibus talis prohibetur.  
 4 Hic gradum numerus atates respicit orbis.  
 5 Ponitur hic truncus cum ramis, ut docet Arbor.  
 6 Edocet in testes assumi Sexta parentes.  
 7 Filius esse nequit, incertu qui genitus sit.  
 8 Diffensat solus cum junctis sanguine Papa.  
 9 Non bene sejuncta connubia prisca reformes.  
 10 Non consanguineis prolem viduae dato primi.

**XXXVI. CAUSA.**  
*Ultima de raptis tractabit Causa puellis.*  
*Dua Quaestiones trigesima sexta Causa.*  
 1 Raptum committes per vim rapiendo puellam.  
 2 Haec tibi jungetur, purgato crimine raptus.

**DECRETO TERTIA PARS ADJUNGITUR,**  
*qua est de Consecratione, quinque Distinctiones continens.*  
 1 Consecrat Ecclesias, Missasque canit tibi prima.  
 2 Sacra tractat panis Sacramenta secunda.  
 3 Tertia dat ferias: & post jejunia ponit.  
 4 Tempora Baptismi Distinctio quarta notavit.  
 5 Frontes confirmans dabit ultima pneuma beatum.  
 6 Explicunt Verjus pecunias, quibus satis clarè univèrsalis materia Decreti comprehenditur.

**NUMERUS AC MATERIA CAUSARUM ET QUESTIONUM.**  
*Quaestiones Causarum sunt CLXXII.*  
 Quae sitio centplex, & septuagesima duplex  
 Est in Causarum Tractu rite notata.  
 Quot Quaestiones habeat qualibet Causa, ostenditur per quinque  
 carmina sequentia: in quibus sunt tot dictiones quot sunt Causae,  
 scilicet XXXVI: & qualibet dictio Causam unam representat. Prima  
 dictio primam Causam: secunda secundam, &c. Item quot sunt  
 literae in qualibet dictione, tot sunt Quaestiones sub illa Causa per  
 illam dictionem representatae. Verbi gratia: prima dictio, scilicet  
 Discere, quae primam Causam representat, septem habet literas:  
 & hoc significat primam Causam septem Quaestiones continere.  
 Secunda dictio est Causarum, ubi sunt octo literae: ad denotan-  
 dum quod secunda Causa habeat octo Quaestiones, & sic de aliis.  
 Adverte tamen, quod superior numerus significat Causas, & in-  
 ferior Quaestiones.

**VERSUS.**

1	2	3	4	5
7	8	11	6	6

Discere causarum quarumlibet ordine membra  
 6 7 8 9 10 11 12 13 14  
 5 2 5 3 3 3 5 2 6  
 Optes ut doceo: sed non sis desus, & anceps.  
 15 16 17 18 19 20 21 22  
 8 7 4 2 3 4 5 5  
 Instanti dabitur quod tu vis, quod petis illud  
 23 24 25 26 27 28 29 30  
 8 3 2 7 2 3 2 5  
 Efficies. Res id famatum te dat ad omnes:  
 31 32 33 34 35 36  
 3 8 5 2 10 2  
 Ufu doctrinae totum si constituas te.

*Carmina subiecta eandem prorsus materiam complectuntur, neque sunt sententia salubris expertia.*  
 Tempora labuntur verantibus indita formis.  
 Dives te laded, res tua, nam miser es.  
 Sperne fluentia, respice: cras ea non tibi sumes.  
 Multa recondis, cur? ut moriens ea des.  
 Da celer: est liquidum tutum, da preveniens te.

*Do. Baptista de sancto Blasio in repetit. prima Rubrica Decreti dicit Canones esse ter mille & nonaginta, ponens tales Verjus.*  
 Si numeres cautè, ter mille Capitula Lector,  
 Atque decem novies Decretum continet in se.  
 Causae Decreti sunt triginta sex.  
 Sub magni longa Decreti parte secunda  
 Sex & triginta Causas reperire licebit.

Causae ipse XXXVI. patent per XXXVI. vocabula, in septem  
 subjectis Versibus posita: ex quibus non tantum numerum, sed  
 etiam principalem materiam cujuslibet facile cognosces. Quilibet  
 quinque vocabula complectitur, dempto ultimo, qui sex habet.

1	2	3	4	5
6	7	8	9	10

Simon a appellat b spoliatus c teste d libello e.  
 11 12 13 14 15  
 Infames f vivens g successor h solve i regendo k.  
 16 17 18 19 20  
 Cenfuram l testor m funus n foenus o furiosus p.  
 21 22 23 24 25  
 Monachus a occidit b abbates c claustra d volentes e.  
 26 27 28 29 30  
 Commendat k jurans l pugnas m haeresis n violatas o.  
 31 32 33 34 35 36  
 Sortilegus q sponfis d infidis e serviat f inquis g.  
 Moecha h coit i mente k dubitans l gradibus m rapiente n.

**SECUNDA PARS DECRETI, UBI TRACTANTUR**  
*Causae: quia longe prolixior & difficilior est reliquis, ideo d'igentius pro ejus cognitione elaborandum est. Uivus professus obsecratem paucis eucidatam conspiciet, quisquis hic impressa diligenter annotaverit.*  
 a 1 Simon. Simoniacus est, & peccatum committit, qui spiri-  
 tualia vendit. Damnantur Episcopi per pecuniam  
 facientes Ordinationem; & tunc lepram, non officium conferre  
 dicuntur. Simoniacorum Sacramenta effectum gratiae non habent.  
 Sacerdotes digniores facilius quam reliqui à Deo exaudiuntur. Et  
 ibi de dignitate verbi Christi, quod ejus corpori equiparatur,  
 cap. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur.  
 2 Simonia committitur, si pro ingressu Monasterii pecunia exi-  
 gatur, vel exacta perfolvatur. Ecclesiastica stipendia accipere non  
 debet qui bonis patrimonialibus sustentari potest, c. Clericos.  
 3 Simonia an committatur, si Praebendae emanant. Investitura  
 Ecclesiae à Laicis fieri prohibetur, c. Salvator.  
 4 Simonia paterna, an sit ignorant filio nociva: & ibi tractat-  
 ur an pro crimine unius alter penam patiatur.  
 5 Simoniacè acquirita Ecclesia per patrem, an possit per filium  
 licite obtineri. Item an possit filius fungi Ordinatione, quam pa-  
 ternà pecunia est affectus.  
 6 Simoniacus est, qui pecuniam largitur, ut eligatur.  
 7 Simoniaci in ordine malè accepto penitentiam agere non  
 possunt: & ibi principaliter tractatur, an ab haereticis redeuntibus sint  
 in suis Ordinibus & Dignitatibus recipiendi: & quod Decreta pos-  
 sunt temperari; & Canones quandoque relaxari.  
 b 1 Appellat. Appellare non est opus à sententia à non suo  
 Judici lata: quia talis sententia nulla est, c. in  
 primis circa fin. & in prima q. hujus II. causa principaliter tra-  
 ctatur, an ordo Judicarius sit in manifestis observandus: & quod  
 excommunicatio non est ferenda antequam causa fuerit examinata,